

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.  
Zespół (fond) 141.

ZBIÓR ALEKSANDRA CZOŁOWSKIEGO

DZIAŁ (OPYS) I

1747. Rozgraniczenie lasów wsi Hruszówka i Temeszów 1579.

***STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE***

1.  
Kongregacii  
Hruszówki, Temeszw  
1579

Acta sunt hæc in Sanok, Feria  
Tertia post Dominicam Ro-  
gationum proxima, Anno Domini  
Millesimo Quingentesimo Septua-  
gesimo Nono.

Acta sunt ad Iudicium præsens et Acta  
per Generosum Petrum Dedynski in Themeszow Hæ-  
redem Literæ Papiracæ seu Actus granicium ex  
Commisione Sacra Majestatis Regiæ facti inter  
Bona, Villam Hruszowka Tenuta Generosorum  
Georgij Mniszek de Magna Konczyce Incisoris  
Regni, Sanocen, Sokaliens, Capitanej et Hedwi-  
gis Filia olim Gnosi Nicolai Tarto de Szereka-  
rzowice Conjugum ex una, et Bona heredita-  
ria Ipsius Dedynski Villam Themeszow ex  
altera Partibus Ville Jablonica Nobilium Stani-  
slai Gasparis et Joannis Wielopolskich Contigua

Sub Sigillis



1747

Sub Sigillis Dominorum Commissariorum, Manus  
umq; Subscriptionem in Actu Ipso Francierum Contenti,  
Petiitq; Ipse Dedenski Literas Ipsas seu Actum Fra  
ncierum Supranominatarum ut Juris est suscipi, et  
in Acta presentem inseri. Quas Literas seu Actum  
Francierum Judicium presentis visis Sanis, Salvis, ad  
affectationem Ipsius Dedenski suscepit, et Actis  
presentibus adicari ad perpetuam Rei Memoriam  
mandavit. Quarum Literarum seu Actus Fran  
cierum Tenor Sequitur, estq; talis.  
Acta sunt hæc in Loco Campestri Inter Hæredita  
tes Villarum Temeszow Generosi Petri Dedenski  
ab una et Villam Hruszowka Bona Sacra Maje  
statis Regia Tenita Generosorum Georgij Mniszek de  
Magna Konozyc Inquisitoris Regni Sanocen Polakensisq;  
Capitanej et Hedvigis Filia olim Generosi Nicolaj  
Sharto de Szekarzowice Conjugum Parte ex altera  
in Loco Differentiarum Littore Fluvij San, Ferra Se  
cunda post Festum Sanctorum Philippi Jacobi Apo  
stolorum proxima, Anno Domini Millesimo Quin  
gentesimo Septuagesimo Octavo. Coram Generosis  
et Nobilibus Aucto Kormanicki de Kormanice Ge  
chovien

chorien, Joanne Fredro de Pleszowice Sanocen, Jo  
 anne Sienienski de Sienna Halicien, Castellanis,  
 Nicolao Sienienski de Sienna Succamerario, Stani  
 slao Tarnawski de Tarnawa Vedillifero, Kiliano  
 Siemuszowski de Siemuszowa Dapifero, Stanislae  
 Czarnocki de Czarnocin Iudice, Terrestribus Sano  
 censibus, Victorino Kowalski, Nicolao Ostrowski  
 de Ostrow Commissariis per Sacram Majestatem Re  
 giam ad negotium Infrascripti Datt et Deputati  
 Presentibus tunc, Mgco, et Gnosis, Stanislae Herborth  
 Castellano Leopoliem, Samborien, & Capitaneos, Ven  
 ceslao Pobidzinski Vicecapitaneos, Sanocen, ac Mi  
 nisterialibus Terrestribus Sanocen, ac aliis quam  
 plurimis circa promissa Infrascripti Existent.

Ubi et in quo Loco Predictus Generosus Petrus  
 Dedenski reproductis Literis Commissionis Sacrae  
 Majestatis Regiae ad Dislimitanda Bona predi  
 cta per Sacram Majestatem Regiam Datis, Eisdem  
 legi affectavit. Quarum Literarum Tenor Sequitur, et  
 est talis

Stephanus Dei Gratia Rex Poloniae Magnus  
 Dux Lithuaniae, Rusiae, Prussiae, Masoviae, Samogi  
 tid.

tid, Livoniaq; de Nec non Princeps Transylvaniae.  
Generosus et Nobilibus Aucto Normanicki de Norma  
nice Czechovieng, Joanni Fredro de Pleszowice Sanoceng,  
Joanni Sieniensi de Sienno Halicong Castellanis,  
Nicolao Sieniensi de Sienno Succamerin absentia  
Epus Camerario Stanislaw Tarnawski de Tarnawa Vedil  
lifero, Miliamo Semuszowski de Semuszowa, Dapifero,  
Stanislaw Czarnocki de Czarnocin Iudici, Terrestribus  
Sanocensibus, Victorino Kowalski, Nicolao Ostrowski  
de Ostrow Fidelibus Dilectis gratiam nostram Regiam.  
Generosi et Fideles Dilecti, Intelleximus exortas esse Dif  
ferentias occasione Limitum inter Bona Nostra Re  
gia Villa Hruszowka in Terra et Districtu Sanoceng  
Consistentia Tenuta. Generosor Georgij Mniszek de  
Magna Konczyce Inisoris Regni Sanoceng Lokalieng  
Capitanej et Hedvigis Filie Generosi Nicolai Tarto  
de Szeklarzowice Conjugum ex una, et Bona Heredi  
taria Villam Temeszow Nobilis Petri Dedenski ex  
altera Partium. Quibus etiam Bona Heredit Villam Nobilium Sta  
nislaw, Gasparis, et Joannis Wielopolski contigua  
esse dicuntur, Quos Nos Componere et Complianare  
Voleng Fidelitatibus vestris, quorum nobis Fides  
Jurispenia

Insuper, ac in Rebus gerendis Dexteritas Commen-  
 data est, Illorum Cognitionem et Transactionem  
 Committendum Duximus prout Committimus presentem  
 Mandam, ut certo Die et tempore Constituto habita  
 Inter Vos mutua Intelligentia ad Locum praefat  
 Differentiarum Descendant, Vocatisq; ad Sui  
 Praesentiam Partibus, quarum interest, Auditisq;  
 Earum Propositionibus et Responsis, Probationibus  
 et Documentis, acceptoq; Senum Fide Dignorum suf-  
 ficienti Testimonio, mediante Ipsorum si opus fuerit  
 Corporali Juramento Re Oculis debite Subjecti Po-  
 sitioneq; Eius et veritate ad plenum Cognita, Nulli  
 Partium favendo, sed Deum et Iustitiam Eius pro  
 Oculis habendo, In quo vestras Oneramus Consuen-  
 tias Bona praefata abinvicem Dislimitent Distin-  
 quant, Scopulisq; et aliis Signis metalibus circa  
 talia fieri solitis Eadem Consignent, Faciens Insuper  
 quid quod in praemis Decreverint, a Partibus fir-  
 miter teneri et observari, Unius, Duorum, Trinum  
 Quatuorve Absentia Vrum<sup>an</sup> minime obstante, modo Si ad-  
 sint, qui et quot de Jure ad Dislimitationem Re-  
 quiruntur pro gratia Nostra et Debito suo aliter  
 non factum. Datum Varsavia Die nona Martij

Anno Domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Octavo. Regni vero Nostri Anno Secundo. Commissio Sacrae Majestatis Regiae propria.

Reproduxit tandem et Rescriptum Mandati Sacrae Majestatis Regiae ad eundem Tenentarium Villa praedictae Hruszowka per Sacram Majestatem Regiam in eo negotio liti. Cujus Tenor talis

Stephanus Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae Livoniae & Princeps Transilvaniae.

Generoso Georgio Mniszek de Magna Konozyce Incisori Regni Sanoen. Lokaliensig Nostro Capiteo. et Hedvigi de Szekarzowice Conjugibus, Bonorum Nostrorum Regionum Villa Hruszowka Tenentariis, Fideliter Dilectis, in absentia eorum Dicta Villa Hruszowka Locum tenent. Gratiam Nostram Regiam. Generosi Fideles Dilecti, Designavimus certos Commissarios ad distinguendos et discernendos limites Bonorum Nostrorum Dicta Villa Hruszowka Tenent. Fidelitatis Suae ex una, Et Bona hereditaria Villam videlicet Temeszow Nobilis Petri Dedenski ex altera Partibus, Mandamus Itaq. Fidelitati Suae, ut cum per eundem Commissarios Nostros vocata fuerit, Coram eisdem compareat, & quidquid

quid quid in premiffis Decreverint et Constituerint,  
 firmiter teneant, et observent, Provideant tamen  
 ne bonis Nostris Detrimentum aliquod inde inferatur  
 pro gratia Nostra et Debito suo aliter non facturi.  
 Datum Varaviae Die Nona mensis Martij, Anno Do  
 mini millesimo LXXCVIII. Septuagesimo Octavo.  
 Ad mandatum Sacrae Majestatis Regis proprium.

Reproduxit tandem Literas Innotescentia eorundem Do  
 minorum Commissariorum ad Tenutarios Villa Prae  
 dictae Hruszowka emanatae. Tenoris talis.

Auctus Normanski de Normannice Czechovien, Joannes  
 Fredro de Pleszowice Sanocen, Joannes Sieniński de  
 Sienno Haliceni, Castellani. Nicolaus Sieniński de  
 Sienno Succamerarius, Stanislaus Tarnawski de Tar  
 nawa Vexillifer, Kilianus Siemuszowski de Siemuzo  
 wa Dapifer, Stanislaus Czarnocki de Czarnocin Iudex  
 Terrestres Sanocenses, Victorinus Kowalski, Nicolaus  
 Ostrowski de Ostrow Commissarij per Sacram Matrem Re  
 gam Datt, et ad Infrascripta Specialiter Deputati. Vo  
 bis Generosis Georgio Mnizek de Magna Konczyce  
 Mensa Regis Incisori Sanocen, Sokalensiq Capitaneo, et  
 Hedvigi de Szekawowice Tartowa Conjugibus, Bonorum  
 Sacrae Majestatis Regis Villa Hruszowka Tenutariis  
 Innotescimus Oblatas esse Literas Commissionis Sacrae Matris  
 Regis

Regia Domini Nostri Clementissimi, Quas Nos cum ea  
qua Decuit Reverentia suscepimus et honore. Quibus  
sua Sacra Majestas Regia Nobis committere, quin potius  
mandare Dignata est Cognitionem et Transactionem  
Francierum et Limitum Inter Bona Sacrae Majestatis Re  
giae Villam Hruszowka Tenuta et Possessionis Vestrae  
ab una, & Villam Inosi Petri Dedenski Temeszow Htd  
reditariam Partibus ab altera, Quatenus Differentias et  
Discordias inter Bona praefata, Occasione praefatae francie  
rum et Limitum exortas Componeremus, Eademque Decrevere  
mus, bona praefata abinvicem Scopulis et aliis Signis meta  
libus Distingueremus et Dislimitaremus, atque habita Secum  
mutua Cointelligentia, Captato certo Die, et tempore Competentem,  
ad Locum Differentiarum praefatae Bonorum descenderemus,  
Vocatisque ad sui Praesentiam Vobis Partibus quarum interest,  
Et auditisque Propositionibus et Responsis Probationibus et  
Documentis ab utraque Parte vestrum productis Senumque ho  
minum Fide Dignorum accepto fideli in hac Re testimo  
nio. Bona praefata ita ut praemissum est, abinvicem Distin  
gueremus, Scopulisque et aliis Signis metalibus et francie  
libus, circa talia fieri solitis Dislimitaremus, prout de Prae  
missis Literae praefatae Commissionis Sacrae Majestatis Regiae, latius in  
suo Tenore Disponunt, De quibus vobis in Terminis adveni  
ente certam et Indubiam faciemus Fidem. Quapropter manda  
mus

mus

mus vobis vigore Regio et Authoritate Nostra Commissori  
 ali qua hac in Parte fungimur, ut Coram nobis in Loco  
 Campetri prefatarum Differentiarum Inter Bona prefata  
 Feria Secunda post Festum Sanctorum Philippi Jacobi  
 Apostolorum nunc Instans proxime venturum, ubi protunc  
 Jurisdictionem Nostram Commissorialem fundaverimus, Ad In-  
 stantiam Prefati Petri Dedenski personaliter et peremptorie  
 Compareatis ad videndum et audiendum per Vos ea Omnia  
 premissa Nobisq; per Sacram Majestatem Regiam Commissa  
 et Mandata Juxta Literas Commissionis prefate exequi et  
 Determinari. Certificando Vos, quod si in Dicto Termino  
 Comparueritis, sive non. Nos ad ea, quae nobis ex Officio  
 Nostro Incumbunt, per Sacram Majestatem Regiam in actu  
 presenti est Commissum procedemus, Contumacia vestra non  
 Obstante. Datum in Pleszowice Feria Quinta post Do-  
 minicam Conduetus Pascha proxima Anno Domini mille-  
 simo Quingentesimo Septuagesimo Octavo.

Reproduxit etiam Rescriptum Mandati Sacrae M<sup>ttis</sup> Regiae  
 ad Possesores et Haeredes Villa Jablonica Insidem Dionis  
 Dislimitant; Parieti adjaent; tum et Literas Innotescen-  
 Dominorum Commissariorum ad Eosdem Haeredes Villa Ja-  
 blonica in hujusmodi negotio Dislimitationis bonorum Ema-  
 nati, quibus reproductis Positionem premisorum Omnium  
 tam Mandatorum Sacrae Majestatis Regiae quam Innotescen-  
 Relatione

Relatione Ministerialis Providi Philippi de Temeszow ex  
Actis Castrenz Sanocen authentice extracti Comprobati et De  
ducti Petiit Eisdem Dominos Commissarios ut Jurisdicti  
onem suam Commissorialem fundarent, et se Judices Compe  
tentes pronunciarent, et Eandem per Ministerialem Terre:  
stram proclamare faciant, seq. juxta vim et Continentiam  
Literarum Commissionis Sacrae Majestatis Regiae tum et  
Juris Communis Observantiam in praemissis Conservarent  
affectant.

Et Adverso Procurator et Plenipotens Teneosorum videli  
cet Georgij Muszek de Magna Konezyce Incisoris  
Mensa Sacrae Majestatis Regiae Sokalienz Sanocen  
sisq. Capitanej atq. Hedvigis de Szczekarzowice Consor  
tis sui uti Principalium suorum nomine Dixit et alle  
garit, ac Solennem Protestationem coram Eisdem Do  
minis Succamerariis Provide Joanne Kaczka de Bestko  
Ministeriali Terrestri Terrarum Auspicio generali ac mul  
tis Nobilibus circa Actum presentem astantibus, et in  
Eodem Descriptis, fecit se non teneri de Jure debere Jurisdi  
ctionem Commissariorum assertorum et fundationem illius  
pati, et in se ferre, Immo nec Eadem in minimo Punctu  
libere, cum videlicet bona Ipsa Villa Hruszowka  
non Regalia verum Ipsorum Principalium suorum  
Terrestria, hereditariaq. esse pretenduntur. Quod quamvis  
nondum per Sacram Majestatem Regiam ac Judicium  
suum Conventionale Regni sunt sibi adjudicata, tamen  
et prius

Ipsius Iustis ac fortissimis Deductionibus ac Documentis tem-  
 pore et Loco suis Competentibus producens et Ostendens adju-  
 dicari. Per Eandem Sacram Majestatem Regiam credun-  
 tur Petens, ut Ipsi Domini Commissarij a Fun-  
 datione Jurisdictionis sua, Dislimitationeq; Bonorum  
 praefatorum Themeszow et Hruszowka, uti utriusq; Here-  
 ditariorum, cum Facultas a Jure Communi Bona  
 Terrestria Nobilium Dislimitantur non sit, Eadem Com-  
 missariis Concessa, Superseant, et abstineant, Immo  
 Epusmodi Dislimitationem Foro ac Judicio legitimo  
 Saccameranali relegant, et remittant, vel Saltim ad  
 Cognitionem Sacrae Majestatis Regiae de Hereditate  
 Bonorum praefati Hruszowka, cum legitime Juxta  
 Statuta Regni Talium Cognitionis non autem Dominis  
 Commissariis nec alicujus Judicio Regni, Solum Sacrae  
 Majestatis Regiae ac Conventionali Regni Competit  
 Suspendant, ac Differant, Deducens ac Statuta Regni  
 de Casibus Judicio Commissoriali Subjecti, facti, Com-  
 probans Ipsos apertos Commissarios intercedens supra  
 fata legitima Exceptione per Partem Citatam in medium  
 adducti ab Disjudicatione Epusdem Causae se se absti-  
 neri, teneri ac Debere. Alia Omnia Juris remedia Sal-  
 va sibi et in Robore reservans nullum Jus obmittens  
 Praefatus vero Dedenstli Actor reservatis sibi Omni-  
 bus

bus Juris Remediis sibi de Jure Serviendis nullum Jus obmittendo non per modum alicujus Controversid cum predicta Parte in eundem, verum ut tantum asserere videatur, allegationem nude et nulli Parte Innotescit affectavit Dominos Commissarios ut verbis Hujusmodi nudis et Simplici Verbo allegati et nullo Documento Comprobatis Locum non Darent, Cum in Omni Jure verba nuda sine aliquo Juridico Documento Locum non habent, neq. Constat predictos Innotescitos non alio Jure nisi Advitalitio Villam predictam tenere et possidere, quod non negant, nec ullo modo negare possunt, nec Juridico Advitalitio abrenuntiant, Immo fatentur Eam Villam esse Sacrae Majestatis Regia, et Dispositione Regni Poloniae a temporibus longissimis propterea petit ut Jurisdictionem suam Commissorialem fundarent, et Commissionem predictam Debita Executioni demandent Reservatis de Jure reservandis.

Tandem praefatus Procurator Partis Citatae, sive Innotescita Argumenta seu allegationes Partis Actores in iudicibus Responsum — legitimisq. iudicibus argumentis Reputans Dixit et allegavit ad Productionem Literarum Super Hereditatem bonorum Villa Hruszowka iuxta Statutum Commune Regni ad praesens coram Eisdem Dominis

Dominis Commissariis non teneri nec esse Astrictum,  
 cum nemini alio licere Super Possessiones hereditarias  
 Nobilium Ostendere ac Commonstrari debentur, nisi i  
 Sacre Majesti Regia, Episcopi Cognitioni ac Conventionali  
 generaliter Regni Subsint. Quum etiam in actu Divisi  
 onis bonorum inter par Jus Succedent habent, Cum  
 Unus illorum par Jus Succedent Partem adversam habe  
 re nudis verbis sine ulla Authentica Probatione ne  
 garet a Disjudicatione Episcopi Causa Intercedent Tali  
 negativa Commissarij ad divisionem per Sacram Ma  
 jestatem Regiam Datt Jutta Statuta Regni liquide  
 testante Supersedere ac ab Eadem abstinere tenentur,  
 perconsequens ac forte multo magis in ea presenti  
 Intercedent Questione, ac Exceptione Suprascripta her  
 ditaria a Disjudicatione Suprascripta Supersedere  
 tenentur. Insuper allegavit etiam si forte Exceptio Ep  
 modi. Questionis hereditaria non intercessisset, si prout  
 Intercessit ab Eademque in minima Parte Pars innotescita  
 declinare non vult, } Nonag Omnia Sacra Majestatis  
 Regia per Partem Innotescitam agnoscerentur, non tamen  
 eo in loco Dominos Commissarios Jurisdictionem suam  
 Fundare, et Adorem, Ductionem incipere legitime posse  
 Commonstravit, Cum nulla sit eo in loco Contigui  
 tas Partis Villa et Hereditatis Temestow cum Parte  
 et

et vult Hruszowka nec quidem signa Granicialia  
Metallicae apparent, Tum et usufruitionem Fundi praefatus  
Actor Ibidem ullomodo Ostendere non potest, Et  
his Itaq; rationibus Justis et Juridicis petit Ipsa  
Pars Citata Dominos Commissarios a Causa praesentis  
Disputatione, uti de Jure tenentur Supercedere  
et abstinere. Alia Omnia Juris remedia sibi reservando ut supra.

Hoc Loco, ob Dissipationem Libri Apparet Defectus hujusmodi Actus  
et Ulterioris Controversia Partium, sententiisq; de super Commissionis  
quoad Statutionem Senum proferri debita ad sequentia Verba  
Qui quidem Viri Senes Juramento praestito Ductionem  
suam ac Ostensionem granicialium Inceperunt a loco  
Littonis Fluvij, San Ubi Jurisdictio fundata erat usq;  
ad montem magnum in quo Sylva est Et tandem sub  
Eodem Monte usq; ad Scopulum Parietalem Inter Here  
ditates Villarum Jutrytow Generosorum Stanislaw Rapha  
elis Valentini et Andrei Humnickich ab una et Villam  
Jemeszow Ipsius Petri Dedenki, Qui Scopulus Parietalis appa  
tus est in Ore Torrentis ex Eodem Monte procedenti  
nuncupati Myslodyn, ubi et quo Loco Superius supra  
allegabant Primum et antiquum Meatum Fluvij  
San Verum naturali meatu et Virtute propria Aver  
sum esse, a primivo suo Meatu, per quam Diversionem  
aquae

aqua ex antiquo Meatu in Novum non modicam  
 Partem Fundi Honorum Villarum Hulicz et Hruszow  
 ka avulsum esse aserebant, In Cujus Fundi sic avulsi  
 pacifica Continuag ex Antecessoribus suis Possessione usq  
 in hactenus firmissime affirmabant et affirmant fore  
 ubi etiam et hactenus in Eodem Fundo alias na Oder  
 wisku Agros suos colunt et Eisdem utuntur. Quibus  
 Omnibus Ostensis Incipiendo ab illo loco Superiori Tor  
 renq qui Distimitat prefatas Hereditates Lutrytow et Te  
 meszow et Scopulorum illic existentq Duxerunt Dominos  
 Commissarios versus Septentrionem recta antiquo Mea  
 tu Fluvij San sub prefato monte Jacentq usq ad  
 Viam quae tendit per Ipsum Montem ad Villam  
 Temeszow, Et a prefata Via Eodem antiquo Meatu sub  
 Eodem Monte usq ad Auiem Ruposi Montis Pitt  
 in Rippa Fluvij San novi et antiqui meatus,  
 Ubi defluentq Inferius inciderat, et finem suum  
 terminaverat, Antiquus Meatus in novum meatum  
 Eiusdem Fluvij San. Quibus tandem SuffICIENTER  
 Ostensis affectaverunt Dominos Commissarios se circa  
 Possessionem Campi prefati avulsi, alias Oderwisku,  
 tanquam Ipsorum De Jure proprij, ad Villam Hruszowka

ab antiquo pertinent, in Cujus et hactenus Possessione  
et usufructu Continuo Sunt, Conservari, et in pace Re-  
linqui, ac permanere, vel Saltem a Cognitione et ab  
Disjudicatione Ratione Fundi Istius Terrestris hereditarij  
Supersedere, Prout et Idem Procurator Partis Innotcsütel  
non recedens a suis prioribus Exceptionibus Alias. prout So-  
lemniter Prefato mli Joanni Kaczka de Besko Protestat  
se in Nullam Controversiam et liti Contestationem fore  
velle nec fore. Judices uti ne Competentes agno-  
scen tantum pro Informatione Ipsorum Com-  
missariorum Dixit et allegavit Fundum prefatum avulsam  
ad Hereditatem Hruszowka ab antiquo legitime  
permanere. Idq. Comprob. medium Domi-  
norum Commissariorum pro Informatione tantum illorum  
Statutum Casimiri Magni Wislicid Anno Millesimi Tre-  
centissimi Sedagesimi Octavi de Antiquo Alveo Disponens.  
Paragrapho. Rebus Altercation. &c. Quo Docuit antiquum  
Alveum, non obstante novo Alveo, Hereditates quasvis  
limitare Debere, et id, quod fuerit aversum per novum  
Alveum, ad illam Hereditatem, ad quam ab antiquo  
fundo avulsus, Spectabat, pertinere Debere. Alia Oia Junis Re-  
media in vigore Reservans &c.

Prefatus

Præfatus vero Generosus Petrus Dedenski Decreto Præ-  
 dicto Dominorum Commissariorum Junq. Communi in  
 præmissis Sancti Satisfaciens Statuit Imprimis homi-  
 nes Septem Senio Confectos de Villa sua hereditaria  
 Temeszow, Qui Statuti Juramentum Corporale præstiterunt,  
 Super Ostensione vera limitum, veraq. Ostensione An-  
 tiqui Decursus Fluvij San, ab antiquissimis temporibus,  
 Inter Eadem bona Temeszow Generosi Petri Dedenski  
 ab una, Et Dona Pauci Majestatis Regia Villam Hru-  
 szowka Kulicz, et alia Dona circum circa Fluvium  
 prædictum vicinaliter Consistentem Defluisum, Quo præ-  
 stito. Ductionem suam fecerunt, per Fluvium San, ubi  
 nunc novo Alveo decurrit allegando et Deducendo Possi-  
 bilitatem, Ea quæ, et Ratione, re oculis Subjecta compro-  
 batur, illic ab antiquissimis temporibus Fluvium anti-  
 quo et naturali meatu suo decurrere, Quem Fluvium  
 San antiqui Decursus temporibus antiquissimis Semper  
 fuisse et esse pro Limite vero et naturali inter bona præ-  
 dicta et alia hæc circum circa fluvium prædictum vici-  
 naliter locati Ostendit. Qua quidem Ductione seu Exe-  
 quitatione tali facta prædictus Inosus Petrus Dedenski  
 Deducebat

Deducerat Dominis Commissariis esse Iustam veram  
et legitimam et Juribus Regni Consonam esse tantum  
et tam Notabilem Fluvium Justa Jura Regni de prae-  
missis Disponere Semper pro limite debere habere, tum  
etiam quod Villa alia Circum circa Super Fluvium  
ex utraque Parte Fluvij San constituit ut pote ex ista  
Parte Fluvij San in qua praedicta Villa Hruszowka Con-  
sistit Villa Jablonica Inosorum Stanislai, Gasparis  
et Joannis Wielopolskich Contigua et prosime adiacens  
Eidem Villa Hruszowka nullum Usum fructum post  
Fluvium San habent, prout hic Idem Stanq persona-  
liter Inosi Stanislaus, Gaspar et Joannes Wielopolscy  
una cum Subditis suis, parendo tam Literis Mandati  
Sacrae Majestatis, quam etiam et Literis Innotescenq Do-  
minorum Commissariorum agnoverunt Judicialiter Parietem  
Bonorum suorum hereditariorum ~~—————~~ Jablonica Conti-  
guum habere cum bonis praedictis Temeszow Ipsius ~~—————~~  
~~—————~~ Dedenski, et Hruszowka Sacrae Majestatis Regia  
ad Fluvium San ~~—————~~ post Fluvium vero San nul-  
lum Usum et Possessionem habere ex illa Parte Fluvij  
Praedicti a Bonis Temeszow, nullam Possessionem et Usum  
fructum, uti praemissum est, unquam habuisse, Et altera  
vero

vero Parte Fluvij San, Ea videlicet ubi Villa Temeszow  
 Consistit, Generosi Stanislaus, Raphael, Valentinus, An-  
 dreas, Humniccy. etiam tam Mandato Sacrae Majestatis  
 Regiae, quam etiam Literis Innotescens Dominorum  
 Commissariorum pro Termino presenti Vocati, Ibidem  
 una cum Inso Stanislao Humniccy Seniore Domus  
 huc Idem Personaliter stant libere agnoverunt, quod  
 ex illa Parte Fluvij San, in qua Parte Villa Hru-  
 szowka et Hulicz. Bona Sacrae Majestatis Regiae Con-  
 sistunt, nullum usum et Possessionem habent, quam-  
 vis Villa ~~et~~ <sup>quae</sup> dicta Putrytow in summo Littore Fluvij San  
 locata Consistit, quod re Oculis Subjecta videtur, quod  
 et de Ipsa Ipsis Dominis Commissariis demonstraverunt,  
 Proinde praedictus Petrus Dedenski deduxit praedictis  
 Dominis Commissariis Ductionem Ipsam ex Parte  
 Villa Hruszowka nullomodo subsistere posse, et eo,  
 quod inter alias villas Nobilium, ut pote Jablonica  
 ex una, et Putrytow ex altera Parte, usum fructum  
 suum post Fluvium San Flumen et limitem tam  
 notabilissimum in re Communi descripto transgredi  
 nullo modo posse, et ferme in medium Fundi Ipsius  
 Petri Dedenski ad villam Temeszow pertinens, se

immiscere

immiscere. Præterea Ductionem seu Executio-  
nem Ejus prædictam esse contra Omnem Rationem  
et Possibilitatem. Ejus factam allegat, etenim in  
sua Ductione illic antea antiquum meatum Flu-  
vij San devenisse, quod nulla Possibilitate proba-  
re potest, tantum modo etenim Ipsa Ductione Fun-  
dum Ipsius Petri Dedenski proprium pro Libitu suo  
non autem aliqua Possibilitate circum circa prout  
Eundem violenter possiderunt, Circuunt, Ubi nul-  
la Possibilitas Decursus antea prædicti Fluvij San  
apparet, Immo planities et Locus ad montem tam longis-  
simum illatus, ubi adpresens prædictus Fluvius  
San in Dies eo magis Fundum prædictum a Do-  
nis Temeszow dirumpit, ad ad primum Meatum  
sui, ubi antiquitus decurrebat, avulsit, et ad Fun-  
dum Villa Hruszowka et Hulior annectit, Quod  
Ipsis Dominis Commisariis re Oculis Subjecta Conspi-  
cere demonstravit. Petens Eundem Fundum a  
primo meatu avulsum Justa Jus Commune  
sibi appropriari, et cum tam notabilissimum anti-  
qui meatus Fluvij pro Limite vero et naturali  
Decursu, Scopulos etiam inter bona Temeszow et Putrytow

in Ore Torrentis Sub monte Constituta Ductionem  
 suam Comprobare non potest, Quum Scopuli Præ-  
 dicti inter bona prædicta tunc erecti, ubi per Tenu-  
 tarium bonorum Sacrae Majestatis Retentio facta est.  
 Quum nec Commissio Sacrae M<sup>ts</sup> Regia, nec Mandatum  
 ad Tenuarium eorundem in præmissis editum fuit,  
 quod licitum tunc Tenuario erat, et in Summitate  
 Montis eisdem facere. Proinde etiam et eo Ipso Epus  
 prædicta mentalis Ductio et Ostensio antiqui Meas-  
 tuis est nulla, Quum Capitaneus in Ista Parte Flu-  
 vij nullum Jus Retentionem facere, habere potuit, Tum  
 etiam prædicta Ductio nulla dinoscitur ex eo, quoni-  
 am Ipsi Subditi de Villa Sacrae Majestatis Regiae Hru-  
 szowka Juramentum prestare nullo modo voluerunt super  
 vera et iusta Ductione Limitum, sedummodo super Usum  
 fructum suum, prout eodem Fundo Ipsius Petri et Antec-  
 eptorum Epus per vim et Potentiam Capitaneorum, quos  
 Villa Tenuariorum utebantur, hoc Idem Juramentum  
 suum prestare voluerunt, et præstiterunt, Proinde  
 petit Idem Petrus Dedenski, ut Domini Commissarij  
 visa hujusmodi Ductione et Executione sua iusta iuri-  
 dica et legitima et cum Jure Communi consona, quod  
 Re oculis Subjecta conspiciunt, Ipsius Innotescit Prædicta  
 Ductione mentali et absq; Omni Possibilitate solum modo verbis ut iusq;

Fides adhibeatur sine ulla Rei Rei Possibilitate Deducta  
quod abnegare minime potest Caelum pro Terra et Ter-  
ram pro Caelo appellare, Ita Similiter Idem Innotescit De  
cursum fluvij predicti San Ostendere et detorquere vult sine  
Omni Possibilitate, et contra Juramentum hominum Senum  
de Villa Hruszowka, qui Juramentum prestare noluerunt,  
nec super verum Decursum antiquum meatum Fluvij,  
nec super veram Ostensionem limitum, tantummodo super  
Usum fructum, qui uti Deductum est, per Potentiam Capita-  
neorum et Tenentiarum Villa predicta Hruszowka erat  
Continuatus. Petiit Igitur predictus Petrus Dedenski, ut  
Predicti Domini Commissarij Eisdem Senes Epus, et Du-  
ctionem Epus iuxta primivum antiquum alveum Decur-  
sus Fluvij San, tam Notabilissimum et possibilem se-  
quantur, pro veroq; et Justo legitimoq; Primivum Alve-  
um Decursus Primi et naturalis Fluvij San, pro vero  
Justo et legitimo limite, iuxta Deductionem suam tam  
Evidentissimam et Ide clariorem, una cum fundo ab antiquo  
meatu avulso alias Oderwiskiem, sibi Decreto suo adjudicari.  
Et Domini Commissarij Visis predictis Ductionibus ab utroq;  
facti Iusq; Re Oculis Subjecta debite conspectis et Considera-  
tis Signisq; predictis metalibus et Possibilitatibus et Rei  
veritate Diligenter investigata, tam ex Senum predictorum

Testimonis

Testimoniis, quam etiam Ductionibus et Exequitationi-  
 bus eorum diligenter Re oculis Subjecta, et Rei Possi-  
 bilitate Cognita et aliis Signis Comperimus Ductionem  
 et Ostensionem limitum ex Parte predictorum Inosorum  
 Georgij Mniszek Capitanei Sanocen, et Hedvigis Conju-  
 gum minus Iustam, immo verius nullam possibilitatem,  
 tam Situs, quam loci, Decursus Fluvij San eo loco, Du-  
 ctione eorum, Cum in Ostensione predicti antiqui Alvei  
 San, nulla Possibilitas Rationabilis Apparet eo loco aliquando Fluvij  
 San posse decurrere, Immo verius et possibilius eo  
 loco antiquum meatum posse fieri, Ubi Predictus Petrus Dedenki  
 Ductionem et Exequitationem suam fecit. Præterea etiam  
 eo attento Quod Subditi de Villa Hruszowka bonis  
 Sacre Majestatis Regie Super vera Ductione et Osten-  
 sione limitum veriq, antiqui meatus Fluvij San  
 Juramentum præstare noluerunt, Solummodo Super usum  
 fructum suum. Præterea etiam attentet in prospectu  
 habitt Situ predicta Villa Temeszow, ac etiam Villa  
 Eadem proxime adjacent, Jutrytow, Quæ Villa ex Ista  
 Parte Fluvij San locata sunt e Regione, et ex Op-  
 posito villarum Sacre Mttis Regie Hruszowka et  
 Hulicz ex alia Parte Fluvij predicti Situatarum  
 quod predicti Utrq, tam Temeszow, quam Jutrytow ex  
 Illa

Ille Parte Fluvij, ubi predicta Villa Situada sunt nullam  
Possessionem et usum fructum habent habent. Similiter etiam  
et Villa Jablonica ex illa Parte Fluvij ubi predicta Hru  
szowka Continetur Eadem Hruszowka Contigua, et Eadem Vi  
cinaliter adiacens, Similiter super hoc Idem Fluvium  
Continens nullum Usam et Possessionem ex illa Parte Flu  
vij a Villa Temeszow habent, solummodo Ipsa Villa Hru  
szowka usum fructum et Possessionem post Fluvium San  
habere pretendunt et nituntur, quod Re Oculis Subjecta  
Comperimus investigavimus et certo Edocti sumus, Proinde  
his Rationibus adductis Discordias predictas, Ductionem  
et Senum moderando Satisfacient Commissioni et Man  
dato Saerae Majestatis Regia, ex Debito Officij Nostri  
Commissariali Rei veritate et Possibilitate tam notabilissi  
ma investigata, DEI Nomine Invocato, Deum Ipsum et Ju  
stitiam Sanctam pro Oculis habent secundum Conscien  
tias Nostras Fluvium predictum San ubi nunc decurrit,  
verum legitimum et naturalem limitem Inter bona pro  
dicta Temeszow ab una, et Hruszowka Parte ab alte  
ra perpetuis et Eternis temporibus Decernimus, et ad  
invenimus, Ita quod una Ripa cum medietate Ejus  
dem Fluvij San ad Dona Temeszow Ipsius Generosi Pe  
tri

tri Dedenski, Alia vero Similiter Integra medieta Gush  
 Fluvij San cum Sua Ripa ad bona predicta Sacra  
 Majestatis Regia Hruszowka perpetuis temporibus perti  
 nebit. Quo quidem Fluvio San inter Villas predictas  
 Temeszow et Hruszowka granices predicta terminan  
 tur, Insuper a Scopulis Duobus acialibus videlicet  
 unius designantis Angulum Villa Temeszow, qui Sipa  
 tus est ex pta Parte Fluvij San a Villa Temeszow in  
 Ripa Eudem, et altero Villa Hulicz in alia Parte  
 Ripa Eudem Fluvij Designans angulum Villa  
 Hulicz, ubi etiam penes Eundem Tertium in Eadem  
 Parte et Ripa Fluvij Scopulum acialem designantem  
 Angulum Villa Eudem Hruszowka Sippavimus et Ere  
 ximus, usq ad Aciem granicierum a Villa Jablonica  
 Cujus granices ad Eundem Fluvium San Similiter pro  
 tendunt, Ubi Tres Similiter Scopulos in Rippis Eudem  
 Fluvij ereximus, videlicet Duos ex illa Parte Fluvij a  
 bonis Hruszowka et Jablonica designantes Scopulos an  
 gulares seu aciales villarum predictarum Hruszowka  
 et Jablonica. Tertius vero Similiter angularis seu aci  
 ales in Ripa Eudem Fluvij a Villa Temeszow Desi  
 gnas angulum Villa Temeszow.

Quas quidem granices taliter per nos Authoritate nostra  
 Commissionali

Commissoriali de Jure Communi nobis attributi Robur per  
petua firmitatis obtinere Jura Regni Decernimus, Eas  
demq; per Ministerialem Terrestrem Panocen Providum Phi  
lip de Temeszow prout de Jure et Consuetudine est, proclamare  
et publicare Decreto nostro mandavimus, prout et in Presen  
tia Nostra in Instanti proclamavit, et ad notitiam Deduxit.  
In quorum Fidem et Testimonium Sigilla nostra Subim  
prelimus, Et manibus nostris Subscripsimus Actum et Datum  
Anno et Die ut supra.

Quod Decretum pars Ipsa innotescita seu Procurator Ipsor  
um pro Jure non suscepit, verum ab Eodem, et cum Eodem Ipsos  
Domines Commissarios ad Sacram M<sup>tt</sup>em Regiam post Curiam  
suam per Ministerialem Terrestrem Terrarum Russis Generalem  
Providum Joannem Kaerka de Besko Movit, Terminumq; Pro  
sequenda Epusmodi motionis ac purganda Sententia sub p<sup>re</sup>fati  
hinc in quatuor Septimanis Ibi ubi Sacra Majestas Regia  
tunc cum Curia Sua feliciter Constituta fuerit, assigna  
vit, Qui quidem Ministerialis p<sup>re</sup>fatus Recognovit, Eisdem  
Domines Commissarios movisse, Terminumq; Eisdem pro tem  
pore Suprascripto assignasse, affectans, Nihilominus Ipsa  
Pars Innotescita motionem p<sup>re</sup>fatam, tanquam legitime Interpo  
sitam Ratione Hereditatis Bonorum Hruslowka suscipi et  
Eidem deferre.

Cui Motioni Predicti Domini Commissarij, Juri Communi et Constitutio  
nibus Regni in p<sup>re</sup>missis Sancit, uti Injuridice et Contra Jura Regni  
de p<sup>re</sup>missis

de promissis Sancti non detulerunt, nec eandem Susceperunt,  
 De qua non suscepta Idem Immolesiti Protestati sunt. Ioannes Fe-  
 dro de Pleszowice Castellanus Samocen manu propria. Lbozny Normanicki  
 Kasztelan Czehowski Ręka własną. Jan z Sienna Kasztelan Halicki Rę-  
 ka własną. Mikolaj z Sienna Podkomorzy Samocki ~~ms~~ Garn: 1535.  
 G. N. 55. ~~ms~~. Kelianus Siemuszowski de Siemuszowa Stolnik Ziemi  
 Samocki ~~ms~~. Jarnewski z Jarnewy Chorąży Ziemi Samockie Ręka własną  
 Victorinus Kowalski de Kowale manu propria. Nicolaus Ostrowski de  
 Ostrow manu propria.

correxit Parit

mspa  
 #

Le dit cum Actis p Radomski

Commissionis Franciales Inter  
Bona S. R. Mithis Hruszowka Tenutd  
Mgior Anipkro Sanocen & Capitanorum  
Conjugum ab una, & bona Trica, Villan  
Temepow bonis Sabonica Contiguan Parte  
ab altera ad angulum Bonorum  
Ulize S. R. Mithis facte.

Oblata

In Sanok T. 3 pt 2. Rogationum

1579

---



No. 11.

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :



ul. Krzemowa 1

62-002 Suchy Las

[www.digital-center.pl](http://www.digital-center.pl)

[biuro@digital-center.pl](mailto:biuro@digital-center.pl)

tel./fax (0-61) 665 82 72

tel./fax (0-61) 665 82 82

**Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.**

**Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.**

**All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.**